paulus primum sps fructum caritatem uocat. Caritas autem in
communicatione & in ministerio uel maxime comprobatur. ut non
inquit infructuosi sint. Omnis enim arbor quae non facit fruc
tum excidetur & in ignem mittetur. hoc autem dico. qui parte se
minat parce & met&. apostolicis uiris & euangelizatoribus xpi
in necessariis usibus nolle tribuere sterilitatis seipsum est condemnare;
SALUTANT TE QUI MECUM SUNT OMNES. Vel solita consu
&udine usus est. ut titum ab omnibus qui secum erant diceret
salutari. uel certe proprie intitum. quod talis esset ut amorem
eorum qui cum paulo erant omnium mereretur. magna uero
laus tibi per paulum ab omnibus salutari; SALUTA EOS QUI
NOS AMANT IN FIDE. Si omnis qui amat amaret in fide & non
essent alii qui absque fide diligerent. numquam paulus ada
morem fidem apposuiss& dicens. saluta eos qui nos amant in
fide; amant quippe & matres filios. ita ut pro eis & oppetere sint
paratae. sed non amant in fide; & uxores maritos quibus frequen
tissime commoriuntur. sed amor ille non fidei est. sola scorum
dilectio in fide diligit. in tantum ut &iam si ille qui diligitur
infidelis sit. tamen scs in fide eum diligat secundum illud:
omnia uestra in fide fiant. & alibi, diligite inimicos uestros.
diligit scs inimicos suos & ideo in fide diligit quia credit in
eum qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum
esse mercedem; GRATIA DNI NRI CUM OMNIBUS UOBIS;
Sciendum quod in graecis codicibus ita scribtum est.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0302